

## DAEDALVS ET ICARVS

Daedālus, qui vir magni ingenii erat, in insŭla Creta exsulābat. Ibi a Daedālo, quem Minos hospitium praebuit, magnum labyrīnthum aedificatum est. Sed postea a Minoe Daedālus et Icārus, eius filius, quem ille magnopere amābat, in labyrīntho inclusi sunt. Tum Daedālus alas pinnis et cera fecit, cum quibus e labyrīntho fugiit. Pater et filius evolavērunt. Agitābat puer in caelo alas, quarum cera fusa est, et ita miser puer in undas cecīdit. Interea, Daedālus, cui solatium maeror non dabat, in Italiam venit et in pulchro templo alas deis dedicāvit.

## CYCLOPES

Caelum Siciliae, magnae insulae, aliquando nubes et imbres foedant: laetae messes campos ornant. Sed mons Aetna eructat aeternos ignes, qui clades civibus vicinarum urbium semper effecerunt. Montes et valles Siciliae sunt antiqua sedes Cyclopum, qui patrem habent Neptunum.

## DE TRIVMPHO

Inter omnia spectacula Romanis iucundissimus est triumphus imperatoris; sed triumphus non decernitur saepe a Senatu. Antiquus usus statuit ut tantum post necem quinque milium hostium hic honor concederetur. Cum triumphus dies advenerit, templa omnia floribus ornantur. Cives omnes cum uxoribus et liberis in Forum laeti concurrunt. Ingens multitudo

in tabulātis, quae per Forum exstructa sunt, sedet. Triumphus tandem incīpit. A Campo Martio, ubi imperātor milītes suos laudāvit, pompa triumphālis Via Sacra ad Capitolium incēdit. Ovālis corōna dabātur imperatoribus. Tum praeda portabātur, et deinde albi tauri ad sacrificium ducebantur. Tandem ipse imperātor in curru triumphāli quattuor equis invehitur. Servus publicus ei continenter dicēbat ut mortalitātem suam meminisset.